



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

43 De Collatione Beneficiorvm Ecclesiasticorum iam primum fundatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

ria efficiantur, moliuntur ecclesiastici, talia prædia laica ex civili potestate ac ditione in ecclesiasticam transferre, atq; huic, utcumq; iniquo illicitoue conatui, Episcopi, ecclesiasticiq; patrocinantur prælati, tuenturq; rem longe iniquissimam, tantū abest, vt in hoc quemq; reuereantur ecclesiastici,

DE COLLATIONE BENEFICIORVM

Ecclesiasticorum iam primum fundatorum.

- 43 Item, quum beneficiū aliquod ecclesiasticū a laicis summe vel mediæ conditionis primum fundatur, dotaturq; tūc quidam episcoporum primam eius beneficij collationem sibi vsurpare nituntur, ac beneficij ipsius dotationem, fundationemue prius cōfirmare recusant, q̄ eorū intentionibus acquieuerint, qui beneficia ex suis censibus dotarunt, hoc est, fundatores & patroni secundum iura etiā Canonica collatores ordinarij.

DE CONFIRMATIONIBVS BENEFICIORVM Ecclesiasticorū, non necessarijs, atq; alijs id genus grauaminib⁹.

- 44 Præterea si quis nouā fundationem beneficij ecclesiastici fraternitatisue erigere, atq; eandem confirmandum petere velit, quanq; confirmationis huiusce, de iure ac æquitate minime indigeat. Nihilominus tamen fundatores beneficiorū præter modum, pecuniarū exactionibus, ad viuum vsq; ad grauantur, exugunturq; ac per Romanorum statuta, technas ac subtiles practicas, eo adiguntur, vt fundationes hæ omnes, quamuis minimi sint precij, necessario confirmentur. Quod ipsum non mediocri Germanorum laicorum est onus.

DE SVBSIDHS ET ALIIS ONERIBVS QVAE

- imponuntur ecclesiasticis, qui collatores habent laicos.
- 45 Deinceps, si quādo cōtingit, ecclesiasticā psonā a laico beneficio aliquo dotari, & Epō pro inuestura accipiēda presentari, tū Episcoporū in spiritualibus, vt vocant, vicarij, pro inuestura tantum erogant gr̄is, presentatis illis, quantum cole